



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 48. Ragotsiani rebelles iterata clade affecti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

CXIV.
Brugis
recu-
s anni
arunt,
pugna-
Victor
auctus,
xercitu-
Urbes
i Gallis
itaam
globis
inacum
- Rege
roli Re-
n felici-
tus Du-
n portu-
i jurare
sis Dur
tegrum
; quam
taloniz
ob vi-
spe &
Menfis
hriftica
næ de-
hebdo-
arcino-
nem

nem veheretur, expectaverat, classe Ba- Sæc. XVIII.
tavo - Anglica Barcinonem deducta, A. C. 1708.
summis honoribus excipiebatur. De-
mum Atfeldius die decima septima No-
vembbris urbem & arcem Dianam ca-
ptis mille præfidiariis, & die tertia
Decembris Alonam Philippo Andega-
vensi subjecit, ita tamen, ut Cæfarei
libere & integris belli honoribus exire
permitterentur.

§. XLVIII.

*Ragotsiani rebelles iterata clade
affecti.*

Interim Josephus Imperator de sedan-
dis Hungarorum rebellium motibus Wagner
Hist. Jozeph. p. 239.
semper sollicitus, ad diem vigesimam seph.
octavam Februarii Comitia Posonii ha-
benda publicis literis indixit, spe facta,
seeorum querelis benignam aurem præ-
biturum. Ragotsius vero non tantum
ad confirmandam, sed etiam per novas
injurias proferendam Hungarici Imperii
usurpationem intentus, quicquid in pro-
pinquo, remotoque populorum erat,
aggrediebatur, vulgatoque in publicum
edicto omnibus indicta capitis poena,
bonorumque omnium vastatione vetuit,
ne Posonium sese ad comitia confer-
rent; neve liber cuiquam ad ea transi-
tus pateret, vias undique militibus ob-
Yy 5 sedit,

Sæc. XVIII. sedit, quin etiam quosdam sibi suspe-
A.C. 1708. ctos, carceribus, alios vita multavit.
Eo facto, plurimorum, quos violavit,
odium, quos autem terruit, invidiam
in se, curasque concitavit: Cæsarem
vero, ut comitia ad decimam Martii
diem differret compulit: Interim Viso-
dus Cæsareus Chiliarcha quadringen-
tis rebellium cæsis centum octodecim
captos abstraxit, crebrisque velitaris
pugnis eos acriter infectatus est: vi-
cissim vero Ocskajus, & Ebeczkius
cum valido rebellium agmine Beccz-
vium contendentes, inferum oppidum
direptioni, flammisque dederunt, ab
arce tamen necnon Glaviæ obsidio non
sine magna suorum cæde repulsi. Ma-
jore autem tumultuantium numero se
in Austriæ finibus conglomerante, ac
Maximiliano Starenbergio Pro-Ma-
scallo prope Tyrnaviam ex insidiis a
rebellibus capto, Vienna, Austria &
Moravia, nova trepidatione complen-
cæperant: quippe Ocskajus repulsi
Moravani littoris custodibus, ferro in-
incolas, & ignibus in tecta pro mo-
suo sœviit, vastatisque agris, peruptis
que sylvarum concordibus opima spoli-
e media regione egelit. Hisce cul-
mitatibus, ut obicem poneret Imper-
tor, Guidone Starenbergio in Hilpe-
niam traducto, Heistero Hungaricis pro-
p

provinciam demandavit, qui promotis ^{Sæc. XVIII.} ad Brodam castris Uihelinum convolat,

A. C. 1708.

ac die tertia quarta Augusti Berecenium Comitem nil minus opinantem obruit, magnamque eidem prædam unacum conjuge aufert. Eadem die haud procul Trenschinio Ragotsium agressus, fugato prius Equitatu tota mole in peditatum incubuit, turbatisque ordinibus sparsos, incompositosque ingenti cæde prostravit. Cecidere ex rebellibus sex millia, capti plusquam quadringenti unacum quinquaginta vexillis, belli tormentis quatuordecim, cunctisque impedimentis: Instat victor strenue fugienti Equitatui, unde non pauci aut Victoris iram veriti, aut internecini belli tædio impulsi rebellium castra deseruere, imo ipse Ocskajus, aliquie Hungariæ Proceres cum nongentorum capitum legione clementiam Cæsaris implorarunt, impetraruntque: Chemnitzum quoque & Schemnizium, pluresque aliæ superioris Hungariæ Urbes ad Cæsaris imperium rediere, infelix vero Ragotsius cum quinque milibus nou amplius ad Agriam trepide consistens, in Poloniam secedere simulabat, & Berecenius implorata Stanislai Poloni Regis aliorumque Principum ope pacem exorare videbatur: Heisterus vero Nitriam progressus, die vi-

gesima

Sæc. XVIII. gesima quinta Augusti hanc urbem de
A. C. 1708. ditione ad Cæsaris obsequium revoca-

vit. cunctisque præteriorum oblivio-
nem spopondit, si ante Kalendas No-
vembres ad fidem redirent; ast rebelles
partitis agminibus citimam præcipue
Hungariam fæde devastati sunt, cæsis
que Rascianis Bezeredium, qui cum
sua legione ad Cæsarem transire medi-
tabatur, unacum aliis Tribunis extre-
mo suppicio affecerunt, dispulsiisque
ac potissimum partem cæsis stationarius
Muræ fluvii Insulam, vicinaque loca
fæva populatione, incendiis, & de-
prædationibus funditus exauferent. In-
terim Heisterus occupatis montanis ur-
bibus Uivarinum tam acriter verbera-
vit, ut Ragotsiani Ladislauum Tolvayum
Proto - Notarium, quem olim captum
ac nonnisi pane & frigida pastum in
durissima custodia quadriennio tene-
bant, Viennam ablegarent, nuntiatu-
rum, quod Ragotius a pace non ab-
horreret, dummodo æquæ proponeren-
tur conditiones, nec idem, quod Bo-
hemis, jugum imponeretur Hungaricis,
verum suspecta erat Ragotii fides, unde
Heisterus Rabaviensi Insula ab hostibus
evacuata, copias in hyberna dimisit,
& hunc Oratorem ad sua abire jussit.

§. XLIX.